

SECTIO XIX.

DE

FORMVLA VNGVENTI.

§. 668.

Quanam
requi-
rantur in
vnguen-
to.

Vnguentum, si rite comparatum esse, et qualitatibus suis se commendare debet, consistentiae sit dissoluentis quidem, sed in frigore etiam sequacis, molliem habeat lubricam, asperitatis expertem, eiusque ingredientia aequaliter inter se sint commixta, necesse est.

§. 669.

Quanam
vnguen-
ti ingre-
dientia
esse pos-
sint.

Cum vnguentum sit medicamentum externum, emplastro et cerato mollius, et consistentiam habeat ad mellis vel electuarii consistentiam fere accedentem §. 630, omne id ingredientis vice in vnguento fungi potest, quod vel per se, vel aliorum commixtione in talem formam redigi potest. Talia sunt omnia ista, quae ingredi possunt emplastra, et iam memorata sunt §. 639.

§. 670.

Demon-
strata de
excipien-
tibus et
excipi-
endis
empla-
stri va-
lent quo-

Si qua ingredientia, ex quibus vnguentum est formandum, in eius formam redigi nequeunt, aliis opus est, quae ipsis eandem largiuntur. Illa dicuntur *excipienda*, haec *excipientia*. Transferantur huc dicta de emplastro §. 641. 642. quod nimirum primo in vnguento excipientia requirantur, si qua excipienda sunt

sunt, deinde illorum quantitas et qualitas ex que de
horum quantitate et qualitate determinetur,
et denique excipientibus in vnguento non
semper opus sit.

§. 671.

Cera, oleum, pinguedo, terebinthina,
vel ea, quae horum indole praedita sunt, de
bita in quantitate assumpta et colliquata, per se
sine aliorum beneficio in vnguentum redigi
possunt. Resina, gummi-resina, cera, pix,
emplastrum. ceratum officinale, vel ea, quae
eiusdem sunt naturae et indolis, singula vel
seorsim, vel plura simul, oleo emollita,
aliis absentibus vnguentum praebere pos-
sunt. Immo vero medulla, butyrum, axun-
gia, mel, vnguenta officinalia, sola etiam,
sine materiae liquidae vel durioris accessu, in
vnguentum abeunt, cui, si paulo mollius de-
sideratur, ut in magistrali fieri solet, pau-
xillum olei, si spissius, cerae vel pulveris pa-
rum est commiscendum. Ex terebinthina
denique, si axungia, oleo vel vitello oui
diuiditur, vnguentum formari potest. Ex
quibus adductis apparet, his in vnguentis te-
rebinthinae et cerae non aequae creberrime
esse usum, ac in emplastro. Absunt saepis-
sime ab vnguento officinali.

§. 672.

Consistentiae in vnguentis non adeo fixi
sunt limites, quin ea pro vario scopo mute-
tur, et aliquorum mollior, aliorum vero spif-
E e 3

excipi-
endis et
excipi-
entibus
vnguen-
ti.

Quanam
mixta in
vnguen-
tum re-
digi pos-
sint.

Propor-
tio in-
gredien-
tium vn-
guenti

variat
pro eius
confi-
stentia.

sior sit, vti facile vnguenta officinalia perlustranti parebit. Quapropter ingredientium vnguenti, prout ea magis vel minus ab vnguenti consistentia distant, varianda est proportio.

§. 673.

Proportio in-
gredientium in
vnguento specia-
lius determi-
nata.

Mollia, quae memorata sunt §. 639 No. 2, quacunque fere proportionem commixta, in vnguentum abeunt, cui tamen, si nimia metuitur densitas, olei q. s. additur. Olei vicia vna cum cerae, vel eorum, quae ad eius accedunt indolem, drachmis duabus vel tribus, in vnguentum abit. Si praeter ea pulvis additur, cerae proportio pro rata est imminuenda, ita, vt huius drachmae duae, illius drachma vna, vel integra cum dimidia, recipiatur, vel, quantitate pulueris definita, cerae q. s. praescribatur. Notandum vero est, pulueres cum oleo vel solo, vel cum aceto iuncto, in vnguentum redigi posse, quod posterius in saturninis praecipue obtinet, quamvis alias glutinans insuper spissius requiratur. Tum vero, si pulvis olei beneficio in vnguentum est redigendus, eius quantitatem ad drachmas tres, interdum quatuor, augere licet. Si denique his allegatis ingredientibus accedunt mollia, illorum proportio fere manet eadem, ac si haec abfuissent.

§. 674.

Quanam
ingredi-
entium

Si vnguentum nutritum paratur ex oleo et aceto plumbi, aequalis fere vtriusque, vel alter-

alterutrius q. f. capitur; si vero ex oleo, acet-
to simplici, et sale vel calce plumbi confici-
tur, priorum pars vna aequalis, posterioris
dimidium sufficit.

propor-
tio in nu-
trito sit
obser-
vanda.

§. 675.

Si vnguenta praescribit Medicus, caueat,
ne drastica, inflammantia, rodentia et id genus
alia, vel sola, vel magna in quantitate ad vn-
guenta recipiat, sed ea, si illis vitur, lenioribus
fracta adhibeat, ne vel cutim, vel in corpus vni-
uersum delata, id moleste afficiant. Si praeter
ea vnguenta praescribenda sunt, quae interiori-
bus mutandis dicantur, materia illorum talis est
eligenda, vt interiora penetrare possit, nec
nimis sit tenax. Et cum denique sit magnus
vnguentorum officinalium proster numerus, iis
vel solis, vel pluribus inter se iunctis vti, iisque
alia scopo apta commiscere conuenit.

Quanam
circa
præpara-
tionem
vnguen-
torum
sint ani-
maduer-
tenda.

§. 676.

Specimina sunt

I. Vnguenta digestiua.

1.

Rx. terebinth. coct. ℥iv.

vitell. ouor. No. III.

exacte mistis admisce

mell. rosar. ℥ss.

pulv. mastich.

myrrh,

oliban. aa ʒj

croci ʒj.

M. f. Vnguentum.

Ee 4

Con-

Conducit in partibus sensibilibus et ex-
sanguibus.

^{2.}
R. mell. rosar. ℥i.
terebinth. ℥ss.
vitell. ouor. No. II.
pulv myrrh. el. ℥ij.
M. f. vnguentum.

II. Vnguentum pomatum contra vitia cutis.

R. pingued. oment. vitul. ℥i.
sperm. ceti ℥ij.
cerae alb. q. s.
M. f. vnguentum.

Admisceri potest debita in quantitate bal-
samus de Copaiua.

III. Vnguentum ophthalmicum.

R. buryr. insulsi ℥iv.
aut. ppt ℥i.
corall. rubr.
camphor.
sacch hni aa 3ss.
nihil. alb. ℥ij.
virid. aeris gr. XII.

M. f. Vnguentum, cuius grana duo
oculi angulo maiori somni tempore illinen-
da sunt.

Eius

Eiusmodi vngentum potest quoque solum ex butyro infuso et vitrioli albi debita quantitate confici, et sic creberrime adhibitum fuit ab *illustri* b. m. HOFFMANNO.

SECTIO XX.

DE

FORMVLA LINIMENTI.

§. 677.

Cum linimentum sit medicamentum externum, quod minorem vnguento mollietatem possidet et mediae fere inter oleum et vnguentum est spissitatis §. 630, omnia ista ingredientium vice in linimento fungi possunt, quae in eius formam vel per se, vel commixtione aliorum redigi possunt, et talia sunt memorata §. 639.

§. 678.

In linimento quidem mollietates lubrica, et mixtio aequabilis aequae, ac in vnguento, requiritur, sed spissitatis eius non vnus idemque observatur gradus, eiusque limites adeo vagi sunt, vt non omnes solum gradus medii inter oleum et vnguentum, sed ipsa etiam olei tenuitas et vnguenti densitas interdum in linimento admittantur. Videtur hinc hic vix peccari posse excessu tenuitatis, at omnino spissitatis, vtpote quae nimia, et linimenti illitum, et eiusdem penetrationem reddit difficilem.

Ec 3

§. 679.